

ex diversis causis exortas, atq; etiam ut congruentius, magis,  
si que cum deliberatione omnia procedant, nempe ut dog-  
mata cum ys qua ad reformationem spectant, simul trac-  
tentur, et sanciantur ea, qua statuenda uidebuntur tam  
de reformatione, quam de dogmatibus in proxima Sessione  
quam omnibus indicit in diem XVI. subsequentis menses  
July definita esse decrevit. Hoc tamen adiecto, quod  
dielum terminum ipsa sancta Synodus pro eius arbitrio  
et uoluntate, sicuti rebus Concluy putauerit expedire, etiam  
in generali Congregatione restringere, et prorogare libere  
posset et ualeat.

*Doctrina de Communione sub utraq specie, et parvulorum  
pubblicata in Sessione quinta s. Cone. Trident. sub 8mo. n.  
Pio PP. III. die XVI. mensis July 1562*

Sacrosancta, Ecumenica, et generales Tridentina Synodus in  
spiritu sancto legitime congregata praeidentibus in ea eidem  
Apostolica sedis legatis, cum de tremendo, et sanctissimo Cu-  
clarum Sacramento varia diversis in locis errorum mon-  
stra nequissimi demonis artibus circumferantur, ob que in  
non nullis Provincijs multi a Catholicæ Ecclesie fide, atq;  
obedientia uideantur discessisse, censuit ea, qua ad Com-  
munionem sub utraq specie, ac parvulorum usum pertinent  
hoc loco exponenda esse. Quapropter cunctis Christifidelibus  
interdictum ne post haec de ijs aliter uel credere, uel docere,  
uel prædicare audiret quam est his Decretis explicatum  
atq; definitum

*Cap. vii Laycos, et cleros non confuentes non adfringi  
ad Communione sub utraq specie*

Ita sancta ipsa Synodus à spiritu sancto, qui spiritus est sa-  
pientia, et intellectus. Spiritus consilij et pietatis edocta

atq; ipsius Ecclesia iudicium, atq; consuetudinem sequuta  
declarat, ac docet, nullo Diuino precepto sancos. et clericos  
non confuentes obligari ad Eucaristiae Sacramentum  
sub utraq specie sumendum: Neq; nullo pacto, salua fide, du-  
bitari posse, quin illis alterius Speciei Comunio ad salutem  
sufficerat. Nam etsi Christus Dominus in ultima cena  
uenerabile hoc sacramentum in panis et uini speciebus  
instituit, et Apostolis tradidit. non tamen illa instituto, et  
traditio eo tendunt, ut omnes Christifideles statu Dni  
ad utraq speciem accipiendo astringantur. Sed neq;  
ex sermone illo apud Jo. vi: recte colligitur utrumque  
speciei Comunionem a Domino preceptam esse, ut cum iux-  
ta uarias sanctorum Patrum, et Doctorum interpretatio-  
nes intelligatur. Namq; qui dixit Nisi manducaueritis  
carnem filij hominis, et biberitis eius sanguinem non ha-  
bebitis uitam in uobis. dixit quoq; Si quis manducat ex  
hoc pane uiuet in eternum. Et qui dixit Qui manducat  
meam carnem, et bibit meum sanguinem, habebit uitam  
eternam. dixit etiam Panem, quem ego dabo, caro mea est  
pro mundi uita. Et deniq; qui dixit Qui manducat meam  
carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego  
in illo: dixit p[re]lominus Qui manducat hunc panem  
uiuet in eternum.

Cap. 2<sup>o</sup>. Ecclesia potestas circa dispensationem sacram. Eucar.

Præterea, declarat hanc potestatem perpetuam in Ecclesia  
fuisse, ut in Sacramentorum dispensatione, salua illor.  
substantia, ea statueret, uel mutaret, que suscipientum  
utilitati, seu ipsorum Sacramentorum uenerationi, pro-

verum, temporum, et locorum uarietate magis expedire u,  
diceret. Id autem Apostolus non obscurè uisus est innuisse, cum  
sit. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, et dispen-  
satores mysteriorum Dei, atq; ipsum quidem hae potestate  
usum esse, satis constat, cum in multis alijs, cum in hoc ipso  
Sacramento, cum ordinatis non nullis circa eius usum,  
cetera, inquit, cum uenero dissonam. Quare agnoscent san-  
cta, mater Ecclesia hanc suam in administratione sacra-  
mentorum autoritatem, licet ab initio Christianæ religi-  
onis non infrequens utriusq; speciei uisus fuisse, tamen pro-  
gressu temporis latissime, iam mutata illa consuetudine  
gramibus, et uisib; causis adducta, hanc speciem sub alte-  
re specie comunicandi approbavit, et pro lege habenda  
decreuit, quam reprobare, aut sine ipsis Ecclesia auto-  
ritate pro libito mutare non licet.

*Cap. 3.<sup>m</sup> Tocu' et integrū Cr̄m, ac novi Sacramētu'  
sub qualibet Specie sumi.*

Insuper declarat, quamvis Redemptor noster ut antea  
dictum est, in supra illa cena hoc sacramentum in  
duabus speciebus instituerit, et Apostolus tradiderit,  
tamen facendum esset etiam sub altera tantum specie totū  
alq; integrum Christum, uerumq; Sacramentum sumi. Ac  
propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia necessaria  
ria ad salutem eos defraudari qui unam speciem solam  
accipiunt.

*Cap. 4.<sup>m</sup> Parvulos non obligari ad Corōnem Sacramentalē  
Deniq; eadem sancta Synodus docet Parvulos usurcationis  
carentes nulla obligari necessitate ad Sacramentalē  
Eucharistia Corōnem, siquidem per Baptismi Iauacrum*

regenerati et Christo incorporati ademptam iam filiorum  
Dei gratiam in illa aetate amittere non possunt. Neq; ideo  
tamen damnanda est antiquitas, si eum morem in qua  
busdam locis aliquando seruauit ut enim sanctissimi  
illi Patres sui facti probabilem causam pro illius temporis  
ratione habuerunt ita certe eos nulla salutis necessitate  
id fecisse sine controversia credendum est.

Canones de Coione sub utraq; specie publicati in eadem  
quinta sessione s. Cone. Trident. die xviij Julij 1562

Si quis dixerit ex Dei precepto, vel ex necessitate salutis  
omnes et singulos Christifideles utramq; speciem sanctissi  
mi Eucharistiae Sacramenti sumere debent. Anathema sit

Si quis dixerit sanctam Ecclesiam Catholicam non iuslī  
causis, et rationibus adductam fuisse, ut laycos, atq; etiā  
clericos non confruentes sub panis tantummodo comi-  
nicaret, aut in eo errasse. Anathema sit

Si quis negauerit totum et integrum Christum omnium  
gratiarum fontem, et autorem sub una panis specie  
sumi, quia (ut falso quidam asserunt) non secundū  
ipsius Christi institutionem sub utraq; specie sumatur.  
Anathema sit

Si quis dixerit parvulus antequam ad annos discre-  
tionis peruenirent necessariam esse Eucharistia Commu-  
nionem. Anathema sit

Duos uero articulos alios propositos, hos, nondum  
tamen excusos, uidelicet

An rationes, quibus sancta Catholica Ecclesia adducta  
fuit, ut co'municaret laicos, atq; etiam non celebrantes sa-  
cerdotes, sub una tantum panis specie, ita sunt retinen-  
dae, ut nulla ratione Gallicis usus cuiq; sit permittendus

An si honestis, et Christiana charitati consentaneis  
rationibus concedendus alicui Nationi, vel Regno  
Gallicus usus videatur, sub aliquibus conditionibus con-  
cedendus sit, et quenam sint illa.

Cadem sancta Synodus in aliud tempus, oblata sibi  
quamprimum occasione, examinandoz atq; diffiniendoz re-  
serual.

Cadem sacrosancta Oecumenica. et generalis Tridentina  
Synodus in spiritu sancto legitime congregata  
praeidentibus in ea eisdem Apostolica sedis Legatis sta-  
tuil, et decernit proximam futuram Sessionem haben-  
dam, et celebrandam esse feria quinta post octauam  
festi Nativitatis beatæ Mariae virginis, qua erit xvii.  
mensis Septembri proximi futuri. Hoc tamen adiecto  
quod dictum terminum, ac cuiuscunq; Sessioni in posterum  
praefigendum ipsa sancta Synodus pro eius arbitrio, et  
uoluntate, sicuti rebus Concilij uidebitur expedire  
etiam in generali Congregatione restringere, et pro-  
rogare libere possit, et ualeat

 Secui fuit supradicti Decreti ultimo loco post sequens  
de Reformatione Decretum

Decretum de Reformatrone publicatu' in eadem quinta  
sesione s. Concil. Trident. die xxvi July 1563

Cadem sacrosancta Eccumenica, et generalis Tridentina Syno-  
dus in spiritu sancto legitimè congregata preuentibus in  
ea eisdem Apostolice sedis Legatis, ad Dei omnipotentis  
laudem, et sanctæ Ecclesie ornatum, ea que sequuntur  
de Reformationis negotio in presenti statuenda esse censuit  
Quoniam ab Ecclesiastico ordine omnis auraria suscipio abesse  
debet, nul pro collatione quorumcunq; ordinum etiam cle-  
ricalis consurere nec pro litteris dimissorijs, aut testimoniali-  
bus, nec pro sigillo, nec alia quacunq; de causa, etiam spon-  
te oblatum Episcopi, et alijs ordinum collatores, aut corum  
ministri quouis praetextu accipiant Notarij vero in ses-  
tantum locis, in quibus non uiger laudabilis consuetudo  
nisi accepienti, pro singulis litteris dimissorijs, aut testi-  
monialibus decimam tantum unius aurei partem acci-  
pere possint, dummodo nullum eis salarium sit consitu-  
tum pro officio exercendo, nec Episcopo ex Notarij comodis,  
aliquid emolummentum ex eisdem, vel ordinum collatione  
directe, vel indirecte prouenire possit. tunc enim gratias  
operam suam eos praestare omnino teneri decernit. Con-  
trarias taxas, ac statuta, et consuetudines, etiam immi-  
norabiles, quorumcunq; locor, que potius abusus, et cor-  
ruptela Symoniae prauitati fauentes, nuncupari possunt,  
penitus cibando, ac interdicendo; et qui secus fecerint  
tam dantes, quam accipientes ultra Diuinam ultionem  
penas a ure infictas ipso facto incurvant

Cum non deceat eos, qui Diuino ministerio ascripti sunt cu'  
ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem questi  
exercere; Competum est, quam plures plures in locis

ad

ad sacros ordines nullo fere delectu admitti, qui ua-  
rys artibus, atq; fallacys configunt se beneficium Ecclae,  
sashcum, aut etiam idoneas facultates obtinere. Ita  
tuit sancta Synodus ne quis deinceps clericus secularis  
quamvis alias sit idoneus moribus, scientia, et rebus ad  
sacros ordines promoueatur: nisi prius legitime constet,  
eum beneficium Ecclesiasticum (quod sibi ad uitum  
honeste sufficiat, pacifice possidere. Id vero beneficium  
resignare non posse nisi facta mentione quod ad illius  
beneficij titulum sit promotus. neq; ex resignatio admittit-  
atur, nisi constet quod aliunde uiuere comode possit  
et alter facta resignatio nulla sit. Patrimonium vero  
uel pensionem obtinentes, ordinari possunt  
nisi illi, quos Episcopus indicaverit assumendos pro  
necessitate, vel comoditate Ecclesiarum suarum. Co-  
quoz prius perspecto, patrimonium illud vel pensionem  
vene ab eis obtineat, taliter esse, quia eis ad uitam susten-  
tandam scitis sint, atq; illa deinceps sine licentia Epis-  
coperi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possunt  
donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adcepiti, vel  
aliunde habeant unde uiuere possint, antiquorum Canonu  
penas super his innowando.

Cum beneficia ad Divinum cultum, atq; Ecclesiastica munia  
sunt constituta, ne qua in parte minuatur Divinus cultus  
sed ei debitum omnibus in rebus obsequium praestetur.  
Statuit sancta Synodus in Ecclesiis, Cathedralibus quam  
Collegatis in quibus nulla sunt distributiones quotdi-  
ana, vel ita tenues, ut uerisimiliter negligantur, tertiam  
partem fructuum, et quorumcunq; prouidentium, et obuen-

tam

tionum tam dignitatum quam canonicatum. Persona  
tuum, portionum et officiorum, separari debere, et in  
distributiones quotidianas conuerti, quæ inter digni-  
tates offridentes, et ceteros diuinis interessentes, pro-  
portionabiliter iuxta divisionem ab episcopo, etiam tanq;  
sedis apostolice delegato in ipsa prima fructuum deduc-  
tione faciendam dividantur; saluis tamen consuetudin-  
ibus earum Ecclesiarum in quibus non residentes  
seu non seruientes nihil, vel minus teria parte perci-  
piunt. non obstantibus exemptionibus ac alijs consuetu-  
dibus, etiam immemorabilibus, et appellationibus qui,  
buscung crescenteg non seruientum contumacia, si-  
ceat contra eos procedere iuxta iuris, ac sacerorum  
Canonum dispositionem.

Episcopi, etiam tanq; sedis Ap. & delegati in omnibus Ec-  
clesijs Parochialibus vel Baptismalibus, in quibus po-  
pulus ita numerosus sit, ut unus Rektor non possit  
sufficere Ecclesiastice sacramentis ministrandis, et  
cultui Diuino peragendo cogant Rektores, vel alios  
ad quos pertinet, sibi tot sacerdotes ad hoc munus ad-  
iungere, quod sufficient ad sacramenta exhibenda,  
et cultum Diuinum celebrandum In ipsis vero in  
quibus ob locorum distantiam, sive difficultatem  
Parochiani sive magno incommodo ad percipienda  
sacramenta, et Diuina officia audienda accedere  
non possunt, nouas parochias, etiam multis Rektro-  
ribus iuxta Constit. Alex. iii. quæ incipit Ad au-  
dienciam, constitueri possint His autem sacerdo-  
tibus qui de novo erunt Ecclesijs nouiter erectis  
proficiendi

prefundi: competens assignetur portio, arbitrio Episcopi  
ex fructibus ad Ecclesiam Matrem quocunq; modo perti-  
nentibus, eti; necesse fuerit compellere posse populum ea  
subministrare, qua sufficient ad uitam sacerdotum sustentandam, quacunq; reservatione generali, uel speci-  
ali, uel affectione super dictis Ecclesijs non obstantibus.

Neg, huiusmodi ordinationes, et electiones possint tolli, nec  
impediti ex quibuscumq; prouisionibus, etiam uigore re-  
signationis, aut quibusvis alijs derogationibus, uel suspen-  
sionibus

Vt etiam Ecclesiar, status, ubi sacra Dico officia administra-  
tur, ex dignitate conservetur, possunt Episcopi, etiam  
tamq; sedis Apostolicae Delegati iuxta formam iuris, simi-  
tamen prauidicio obtinentium facere uniones perpe-  
tuas quarumcumq; Ecclesiar, Parochialiu, et Baptisma-  
lium, et aliorum beneficiorum curatoru, uel non cu-  
ratorum cum curatis propter eorum paupertatem, et  
in ceteris casibus a iure permisis, etiam si dictae Eccle-  
siae, uel beneficia essent generaliter, uel specialiter re-  
servata, aut qualitercumq; affecta, que uniones etiam  
non possint renocari, aut quo modo infringi uigore  
cuiuscumq; prouisionis, etiam ex causa resignationis,  
aut derogationis, aut suspensionis

Quia illiterati, et impotiti Parochialium Ecclesiarum  
Rebores sacris minus apti sunt officijs, et alijs proper  
eorum uita turpitudinem, potius destruunt, quam  
adferant, Episcopi etiam tamq; sedes Apostolicae Del-

gati eisdem illiteratis, et imperitis si alias honestae uite sunt  
Coadjutores, aut Vicarios pro tempore deputare, partemque  
fructuum eisdem pro sufficienti multu assignare, uel  
alteri prouidere possunt, quacunque appellatione, et  
exemptione remota. eos uero qui turpiter, et scandaloso  
uiuant, postquam præmoniti fuerint, coercent, ac castigant  
et in adiutoria incorrigibiles in sua reuictia perseverent,  
eos beneficijs iuxta sacrorum Canonum constitutiones  
exemptione, et appellatione quacunque remota, pruindi  
facultatem habeant

Cum illud quoq; ualde curandum sit, ne ea que sacris mi-  
nistris dicata sunt, temporum iniuria obsolescant, et  
ex hominum memoria excludant Episcopi, etiam tamq;  
Apostolica sedis Delegati transferre possunt beneficia  
simplicia, etiam uiris patronatus, ex Ecclesijs, que  
uetustate, uel alias collapsæ sint, et ob eorū inopram  
requerant instaurari, uocatis ijs, quorum interes  
in Matrices aut alias Ecclesias locorum eorundem  
seu viciniorum arbitrio suo, atq; in Ecclesijs ergant  
altaria, uel Cappellas sub ysdem invocationibus, uel  
in iam erecta altaria, uel Cappellas transferant, cum  
omnibus emolumentis, et oneriibus prioribus Ecclesijs  
impositis. Parochiales uero Ecclesias, et si iuives Pa-  
tronatus sint, ita collapsas refici, et instaurari pro-  
curant, ex fructibus et prouentibus quibuscumq; ad  
eisdem Ecclesias quomodo cum pertinentibus, qui si  
non fuerint sufficientes, patronos, et omnes alios qui

fructus aliquos ex dictis Ecclesijs prouenientes percepunt  
aut in eorū defectu Parochianos omnibus medys oppor-  
tunis ad predicta cogant, quaecumq; appellatione, exemp-  
tione, et contrabutione remota. Quod si nimia egestate  
omnes laborent, ad Matrices, seu viciniores Ecclesias  
transferantur cum facultate tam dictas Parochiales  
q; alias Ecclesias dirutas in proximis usus, non  
errados, erecta tamen ibi cruce, conuertendi

Quacumq; in Diocesi ad Dei cultum spectant, ab Ordi-  
nariis diligenter curari, atq; ys, ubi oportet, prouiden-  
tia equum est. Propterea commendata Monasteria, et  
Abbatia, Prioratus, et Praepositura nuncupata, in  
quibus non uiget regularis obseruancia, neconon bene-  
ficia tam curata, quam non curata, secularia, regula-  
ria qualitercum commendata, etiam exempta ab Epis-  
copis etiam tamq; Apostolice sedis Delegatis, annis  
singulis uisitentur, carentq; idem Episcopi congruen-  
tibus remedys, etiam per sequestrationem fructuum, ut  
qua renovatione indgent, aut restoratione, reficiantur  
et cura ammarum, si qua illis, vel illorum annexis  
immineat, aliaq; debita obsequia recte exerceantur.  
appellationibus, quibuscumq; consuetudinibus etiam  
immemozabilis tempore prescriptis conservatorijs in-  
dicium deputationibus, et eorum inhibitionibus non  
obstantibus. Et si in eis uigeret obseruancia regularis  
prouideant Episcopi paternis admonitionibus, ut  
eis Regularium superiores, iuxta eorum regularia

instituta, debitam vivendi rationem obseruent, et obseruantur  
faciant, et sibi subditos in officio contineant, ac moderentur.  
Quod si admoniti intra sex menses eos non visitare,  
vint, vel correxerint, tunc idem episcopi, etiam ut Dele-  
gati sedis Apostolicae eos visitare possint, et corrigere  
prout ipsi superiores possint iuxta eorum instituta  
quibuscumque appellacionibus, priuilegiis et exceptiōnib;  
penitus remotis, et non obstantibus.

Cum multa à diversis antea Concilij tam Lateranensi  
et Viennensi Lugdunensi aduersus prauos elemosynar,  
quætorum abusus remedia tunc addita posteriorib;  
temporibus redditæ fuerint inutilia, potiusq; eorum  
malitia, ita quotidie magno fidelium omnium scandalo  
et quæcœla, exorescere deprehendatur, ut de eorum  
emendatione nulla spes relata videatur. Statuit ut  
posthac in quibuscumque Christianæ religionis locis  
eorum nomen, atq; usus penitus aboleatur nee ad offi-  
cium huiusmodi exercendum nullatenus admittant.  
Non obstantibus priuilegijs, Ecclesijs, Monasterijs, hos,  
pitalibus, p̄ijs locis, et quibusvis cuiuscumq; gradus  
status, et dignitatis personis concessis, aut consuetu-  
limbus etiam immemorabilibus. Indulgencias vero, aut  
alias spirituales gratias, quibus non ideo decet Chri-  
stiphiles, priuari deinceps per ordinarios locorum  
adhibitis duobus de Capitulo debitiss temporibus populo  
publicandas esse decernit. quibus etiam elemosynas

actg

atq; oblati nob̄i charitatis subridia, nulla processus mercede,  
de accepta fideliter colligendi facultas datur, ut  
tandem coelestes hos Ecclesiae thesauros non ad que-  
sum sed ad pretatem exerceri omnes uerè intelligent.

Sessio. 6.

(14)

*Doctrina de sanctis. Sacrificio Missæ, publicata  
in Sessione VI. s. Concilii Tridentini sub S. D. N. Pro-  
p. n. die XXII mense Septemb. 1562*

Sacrosancta, Oecumenica, et generalis Tridentina Synodus  
in Spīsancto legitime congregata præsidentibus in ea eiusdem  
Apostolæ Legatis. Ut uetus, absoluta, atque omni ex parte per-  
fecta de magno Eucharistie mysterio in sancta Catholica  
Ecclesia fides, atq; doctrina retineatur, et in sua puritate pro-  
pulsatis erroribus, atq; hæresibus, conservetur: de ea quate-  
nus uerum, et singulare Sacrificium est, Spiritus Sancti  
illustratione edicta. haec, quæ sequuntur, docet declarat  
et fidelibus populis prædicanda decernit

*Caput Primum*

Quoniam sub priori testamento (teste Apostolo Paulo) p̄ro-  
pter Levitici sacerdotij imbecillitatem, consummato non erat:  
oportuit (Deo patre misericordiarum ita ordinante) sacer-  
dotem alium secundum ordinem Melchisedech, surgere  
Dominum nostrum Iesum Christum, qui posset omnes, quod  
quod sacrificandi essent, consummare, et ad perfectum ad-  
ducere. Isigitur Deus et Dominus noster, et in semel se  
ipsum in ara crucis, morte intercedente Deo Patri obla-  
turus erat, ut æternam illuc redemptionem operaretur.